



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

12. Quid peccet qui prædicta decreta non observat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

ro levi solum venialiter obliget) si non celebret venialiter peccare: at accepto stipendio in urgente necessitate, mortaliter, quia hic est quid grave propter respectum ad necessitatem urgentem, ibi non item, ut diximus n. 9.

13. Dixi (homini) nam si fiat Deo promissio procedit doctrina data n. 29

§. X. Super illud §. primi, n. 13. Capulas auferant, &c.

Vbi,

Præcipitur, ut ab Ecclesiis auferantur Capula cum inscriptione elemosynæ pro Missis.

1. Præcipit id merito Sacra Congregatio, ne per illas elemosynas confusas, sua intentione frustrerentur Fideles.

2. Et quia dubitatum fuit, An pœna interdicti, &c. extendatur ad non tollentes has Capulas, Respondit *ibid.* n. 41. non extendi.

3. Dubitatum insuper fuit, An deberent etiam tolli Capulae apponi solite in die Commemorationis Defunctorum cum inscriptione *Casse de mori*? Respondit n. 42. debere.

4. Dubitabis, an qui in sua Ecclesia non habuit talem caplam, atque adeo nunquam contraxit obligationem, illam auferendi, possit de novo sine timore horum Decretorum apponere? Rursus, Quid si quis auferat, sed deinde post aliquot dies reponat? hi enim non videntur ire contra Decretum, cum non negligant auferre, sed de novo ponatur.

Respondeo, utrosque ire contra Decretum, Ratio est evidens, quia statim atque capula in Ecclesia apposita à te de novo est, consurgit obligatio illam auferendi, ergo ni auferas, Decretum non servas. Adde non vitare pœnam legis eum qui in fraudem legis operatur, *Non dubium, de legibus.*

Hic nihil præterea superest explicandum, vel addendum.

§. X I. Super illud §. primi, n. 14. Episcopus verò, &c.

Vbi,

Cavetur ne Superiores prædictam licentiam concedant, nisi ipsis constet onera suscepta, & suscipienda correspondere redditibus.

1. Id ita perspicuum est, ut alia explicatione non indigeamus.

§. X I I. Quid peccet, qui prædicta decreta non observat?

1. Certè hic aptus videtur locus decernendi, An singula hæc Decreta de Celebratione Missarum obligent ad mortale?

Qui non distinxerunt, confusè satis hanc difficultatem petrastrarunt. Adverte ergo in his Decretis variè loqui S. Congreg. & secundum varietatem verborum de gravi, vel levi obligatione ab ipsa nobis, imposita esse indicandum. Dico (ab ipsa imposita) nam de obligatione orta ex natura delictorum, ut in defraudante de Missis promissis, de non observante Fundatoris mentem, & similibus sparsim habes in toto hoc Opusculo in suis locis.

2. Jam vero Primum Decretum positum §. 1. n. 7. ubi interdictum Episcopis, & Generalibus reductio Missarum, est sub his verbis: *Districte prohibet ne, &c.* & sub illis: *Alioqui reductiones, omnino nullas, atque inanes decernit.* Obligat ergo hoc primum Decretum ad mortale. Ratio est illa, quam insinuavimus §. 8. num. 17. quia hoc præceptum est absolutum. Adde quod Episcopus per reductionem, quam faceret esset causa, ut non celebrarentur omnes Missæ à Fundatore præscriptæ, ergo cooperaretur ad iniuriam.

3. Secundum Decretum *ibidem* positum n. 10. ubi præcipitur tot esse celebrandas Missas, quot fuerint delicta scripta, per hæc verba fertur: *Sub onerositate delictorum, & graviter peccant.* Ergo peccare mortaliter facientes, ex dictis §. 8. n. 2. palam est.

4. Tertium Decretum positum n. 9. ubi revocantur privilegia, certum est obligare ad mortale: qui privilegia revocatis, atque adeo nullis in re grati peccatum est.

5. Quartum Decretum positum n. 10. ubi prohibetur Sacerdoti partem elemosynæ Missæ sibi retentione obliget, dixi supra §. 5. n. 6.

6. Quintum Decretum positum n. 11. de intermissione pecunie, fertur sub hac clausula: *Sub pena intermissionis gressus Ecclesie ipso facto incurrendæ.* Obligatio secundum opinionem, quam quis habet circa delictorum gravitatem, & efficaciam, iuxta dicta *non est tim. num. 18.* Nota tamen hic facile delinquitur contra Fundatoris, si tua negligentia officiat perpetuam Missarum.

7. Sextum Decretum positum n. 13. ubi præcipitur recipiantur elemosynæ manuales pro Missis in prædictis satisfactis sub hoc imperativo edicuntur: *ut non auferant.* Cum ergo quando per verba Imperativi edicuntur, aliqui ad nullam culpam obligant, aliqui vero venialem, aliqui iuxta materiam gravitatem leviter, & omnes quidem probabiliter, apud Castellanum d. 1. p. 9. n. 3. ita hic dicendum erit.

8. Denique Septimum Decretum positum n. 14. ubi prohibetur, ne Episcopi facultatem concedant ad reductio Missarum, nisi facta diligentia, etiam habent illa verba imperativa, *Diligentur inquirant, quantum Episcopi negligentia daturum fiat Fundatori, interdicendum quod numero præcedente dictum est de hoc Decreto.*

Ad quid teneatur Successor, quando prædicta decreta observanda sunt negligens.

9. Petes An etiam Prælatus successor in hæc pœnas & pœnas incurrat, si negligens sit in observando prædictis, quæ Prædecessor non observavit?

Respondeo. Regula generalis sit quod Successor in solum peccat incurritque pœnas dictas, cum non observata à Prædecessore, potest ab ipso observare, immunitis erit successor. Hinc fit, quod si Prædecessor deposuit pecuniam pro Missis apud eundem Sacerdotem non abstulit capulam ab Ecclesia, si non fecit contra Missas ex stipendio iuxta voluntatem illas expellere, & iuxta hæc Decreta, &c. ipse Successor teneatur. Prædecessor in sumpsit pecuniam in aliis usus, & non possit talis pecunia haberi propter paupertatem Monasterij (nam cæterum debet adhiberi diligentia à Successore ut habeatur, quia Successor utpote nunc ad hoc perior, teneatur quantum potest voluntates Prædecessoris Monasterio commissas nondum completas adimplere, vel si implicavit non servatis servandis, vel si alioquin onus sine licentia, vel suscepit Missas, quas nunc satisfacere possibile est, ad nihil Successor teneatur quia hæc mala sunt irreparabilia.

CAPVT II.

De obligationibus Capellani, vel Sacerdotis celebrandis Missis

1. Quoniam non omnia, quæ ad obligationem celebrandæ Missæ pertinent, explicare in prædictis Decretis Sacra Congregatio proposuit, unde necesse est, ut deinde interpretantes, in medium afferere universa præcepta: nonnulla quæ supersunt, breviter in sequenti exhibere, operæ pretium erit.